



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 116. Fœdus Papaæ, Piscarii, Mediolanensis Dicus, & Venetorum  
adversus Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

minibus consulere voluit. Hi omnes ad Sæcul. XVI.  
mentem summi Pontificis decidebant, A.C. 1525.  
quod Diploma Cæsari concessum non  
valeret, utpote præcipuo inauguratio-  
nis articulo contrarium, quo inhibitum,  
ne beneficiaria hæc ditio ab ullo Cæsare  
possideri posset, ut proin subditus Nea-  
poli ortus ex conscientiæ legibus potius  
summo Pontifici tanquam supremo Do-  
mino, quam Imperatori morem gerere  
adstringeretur, eoquod hic duntaxat  
feudi Dominus esset.

## §. CXVI.

*Fœdus Papæ, Piscarii, Mediolanen-  
sis Ducis, & Venetorum ad-  
versus Cæsarem.*

Igitur fœdus cum Piscario concluditur, Guicciardini. 1. 16.

illudque Moronus Mediolanensis Du- Brantome  
cis nomine, Mentebona autem pro Cle- vie du Mar-  
mente VII. & Santus pro Venetis sub quis de Pe-  
scribunt. Præcipui illius articuli erant.  
scaire.

I. Ad Cæsareos ex Italia propulsandos  
inter foederatos mutua erit armorum so-  
cetas, cui etiam Galliarum Rex acce-  
dere sollicitabitur. II. Piscarius illius  
caput erit, ac probatæ fidei Cæsareas,  
quotquot poterit, copias ab exercitu  
segregabit, ut disjunctæ eo facilius op-  
primi possent, si fors ad expugnandum  
Neapolis Regnum sua Piscario servitia

præ-

**Sæcul. XVI.** præstare renuerent. Pactis hisce con-  
A.C. 1525. ditionibus quantocius Mentebona Ro-  
 mam petiit, ut eas Pontifex ratas ha-  
 beret; Santos vero Lugdunum ire spo-  
 pondit, ut Regini Administratricem ad  
 firmandum hoc fœdus induceret. Hæc  
 eo libentius nomen suum dedit, quo a-  
 cerbius in Cæsarem odium foveret, eo-  
 quod ipse Regem ejus filium libertati  
 restituere pertinacius cunctaretur: Ita-  
 que Fœderatis accedens, non solum re-  
 ligiosum rei gestæ silentium, sed etiam  
 medium sumptuum partem promisit.  
 Sub idem tempus Mentebona disparuit,  
 nec ultra unquam reversus est; Santos  
 vero e Francia redux in Grisonum al-  
 pibus a Latronibus occisus fuit; quam-  
 vis rumor esset, utrumque Antonii Le-  
 væ impulsu a Sicariis fuisse sublatum.

## §. CXVII.

*Conspiratio ab ipsomet Piscario Cæ-  
 sari manifestata.*

Paulo post nunciatum erat Piscario,  
 Mentebonam nuspian ultra inveni-  
 ri, Santum quoque fuisse trucidatum,  
 quocirca Piscarius secretas eorum epi-  
 stolas fuisse interceptas, ac cuncta con-  
 spirationis arcana prodita veritus, Ca-  
 staldum intimum amicum suum ad Cæ-  
 sarem ablegabat, qui clandestina eidem  
 mani-